



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Modus eluendi macula[m] temerarij iudicij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA. 13

videbat, huius splendoris causam interrogasset, respondit; hanc suis oculis claritatem idcirco donatam, quod specialem gratiã, omnia quæ vidisset in optimam partem interpretandi, in hac vita habuisset.

*Modus maculam temerarij
iudicij eluendi.*

PRIMVS modus hanc maculam delendi est; vt statim postquam aduerteris te malè de alio suspicari, aut iudicare, tuam conscientiam ingrediaris, ac temetipsum hac B. Pauli Apostoli sententia reprehendas. *O homo tu quis es qui iudicas alicuius Rom. 2. seruum? in quo alterum iudicas teipsum condemnas: sicq; in temetipsum malum Iudicia temeraria hoc, de quo alium iudicare volebas, meraria retorqueas; te arguas, & accuses tam quomodo quam peccatorem, & veniam optollantur. que à Deo postules.*

SECUNDVS modus est: Vt visum & auditum præcipuas portas per quas inimicus hic in animam ingreditur quã diligentissimè custodias.

TERTIVS modus est. Vt confestim

134. SPECVLVM ANIMAE
stim tibi proponas sententiam &
comminationem Christi dicentis.
In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini.
Quod si feceris, anima tua insignem
in amore Dei & proximi progressu
faciet, & maledictum Dæmonem,
bonorum operum hostem acerrimum,
pedibus tuis subijcies.

Matth. 7.

*De nimia confidentia,
Macula XX.*

CAPVT XXI.

Luc. 17.
Opera nostra
nulla
sunt.

CV M omnia feceritis, dicite quia serui
inutilis sumus, ait Dominus. Opera
nostra usque adeo infirma & languida
sunt, ut quamuis omnia totius
mundi opera faceremus, propterea
tamen vel in superbiam extolli,
vel nimis de nobis confidere non
deberemus, cum omnes iustitie nostre,
uti ait Isaias Propheta, sint tanquam
pannus menstruatus. Vanus est itaque
qui fiduciam habet in operibus suis.

Isaie 4.

Gratia & opera
necessaria
sunt ad
salutem.

Quod ut planius fiat, notandum: Ad
salutem duo nobis necessaria esse:
gratiam diuinam & opera bona. *Sine
me nihil potestis facere,* ait Dominus.

Vides